

## DIU FOVEBAM SPEM — SEM DOLGO UPAL...

(Francè Prešeren)

Diu fovebam spem, diu timebam ego,  
Dixi vale timoribus, dixi spei;  
Cor est inane nec beatum est cor meum,  
Revocáre spem nec non metum desiderat.

## E CANTICO PROPINATIONIS — IZ ZDRAVICE

(Francè Prešeren)

Vitis nunc iterum ferax  
Nobis dulce dedit merum,  
Quod nostros animos levát,  
Cor delectat et lumina,  
Demit sollicitudines  
Spemque in pectora fundit.

Vivant, heus, populi simul,  
Qui desiderio flagrant,  
Ut quondam videant diem,  
Quo lis orbe repulsa sit,  
Quo omnes liberi et invicem  
Semper sint boni amici!

*Ljubljana*

Vertit: S. Kopriva

Janko Glazer:

## PATRII SOLI DESIDERIUM

Tota mente velim vadem illuc, ubi fagi  
Solae stant nostrae frondiferae patulae,  
Per frutices illuc solos virgultaque nostra  
Perque remota iugi vadere prata velim,  
Illac acris cum redolet sic arnica fragrans.  
Discumbam laeto gramine ibi in viridi  
Atque omnes maestas ibi mentes abiciam tum  
Nec non his dicam: iam valetote dehinc!

*Maribor*

Vertit: S. Kopriva